

15

1719, 26

33

FACULTATIS JURIDICÆ DECANUS
ERNESTUS TENZELL,

JCTus,

CONSILIARIUS REGIMINIS ELECTORALIS, JUDICII
PROVINCIALIS ERFURTENSIS ASSESSOR, AC CI-
VITATIS CONSUL PRIMARIUS, ET REL.

AD LECTIONEM SOLEMNEM QUAM VOCANT
CURSORIAM,

A

NOBILI ET CLARISSIMO JURIIUM CANDIDATO

DOMINO

GEORGIO AMANDO ZENNER,

ALTENB. MISN.

d. XIII. Sept. MDCCXIX.

IN AUDITORIO JCTORUM MAJORI HABENDAM

OMNIUM ORDINUM AUDITORES DECENTER

INVITAT

SIMULQVE

OCCASIONE L. s. ff. DE JUST. & JUR.

DE

JURIS GENTIUM VERA
INDOLE,

NONNULLA DISSERIT.

ERFORDIÆ,

STANNO JUNGNICOLIANO.



p. 163.



FACULTATIS IURIDICAE DECAVUS
ERNESTUS TENNELL

CONSILIARIS REGIAE FACULTATIS IURIDICAE
UNIVERSITATIS ERLENBERGENSIS, AC CE-
LESTRI CONSIGLII PRÆSIDIUM ET REGI-
UM FACULTATIS IURIDICAE CUM FACULTATE
CHANCELLARII

NOBILITATI ERLENBERGENSI
DIE 11^{to} JUNII
GEORGIO AMANDO TENNER

IN IURISCONSULTORUM ET IURISPRUDENTIARUM
MAGISTRI CUM FACULTATE

IN IURISCONSULTORUM ET IURISPRUDENTIARUM
MAGISTRI CUM FACULTATE
JHRIS CONSULTUM VERA
INDOLE

NOBILITATI ERLENBERGENSI
STANNO LINGGEBRANDO



Ira videtur illorum sententia, qui an Jus etiam Publicum è præceptis Juris Naturalis, Gentium & Civilibus collectum sit, serio in dubium vocare tentarunt, quos refert, et defendit *Locamerus in Question. Jus in. 6.* argumento, quod iudicio *Bicci* in *prologio Rerum Quotidian.* est fortissimum, illo: Quod Jus Publicum Uni-

versum statum certæ Civitatis spectet, ejusque proprium sit; Ac ulterius, quod in *l. 1. §. 2. ff. de J. & J. §. f. J. cod. t.* de solo privato jure dicitur: quod Collectum sit ex naturalibus præceptis, aut Gentium aut Civilibus. Sed quale monstrum non foret tale Jus, quod æquitate naturali destitutum sit: Fortè quod solâ utilitate, vel potentiâ nititur, rationem status pro fundamento agnoscens. Facile autem argumentorum istorum infirmitas omnium oculos incurrit. Si quoad prius consideremus, aliud esse, collectum esse ex præceptis Juris N. G. & C. aliud verò esse ipsum jus illud proprium Civitatis. Neque enim dum Status cujusque Civitatis proprius formandus, vel etiam conservandus, Principia Juris Naturalis
(2) aut

aut Gentium negligenda. Imo verò non infima pars Juris Publici, ipsum videtur esse Jus Gentium, cum absque observatione illorum quæ sunt Juris Gentium, quod potissimum in Jure Belli & Pacis posuit H. Grotius, facta rectaque Civitates esse non possint. Alterius argumenti, è l. 1. §. 2. ff. de J. & J. defuncti debilitas, per se satis est evidens. Quid enim si invertamus, illud argumentum? Si enim jus privatum è præceptis Juris Naturæ & Gentium est collectum, Multò magis illud Jus quod immediate Reipublicæ statum concernit, inde animam suam habebit, cum Magistratus à quibus Jus Publicum dirigitur, summum Numen representent, & sic etiam Jura illa, quæ Reipublicæ salutem immediate respiciunt, magis è perfectiori fonte derivata esse debeant. Nec movet quod Jus Naturæ sit immutabile, secus verò Jus Publicum, *conf. Wes. de J. & J. n. 14.* Quis enim & jus privatum toties quoties mutari negabit, quod tamen è Principiis Juris N. G. & C. collectum esse omnes concedunt; cum mutatio non in Principiis, Jure scilicet Naturæ, sed in ipsa applicatione, & mutatione objecti contingat. Sed quid de Jure Gentium dicendum? De illo certè variæ admodum eruditorum existunt Sententiæ. Sic enim illud pro merè humano ac positivo, hominum voluntate introducto, habet *Molin. de Justit. & J. Tom. 1. D. 5. n. 4. seq.* Idem *Conring. Diff. de Legibus, th. 24. seqq.* Cum Divisione inter Gentes susceptâ, illud demum introductum sit. Posteaquam enim homines non in universali illa societate primæva constiterunt, sed suas sibi vias, interprete Moysè, receperunt, s. ad speciales transferre societates, suis placitis, & commodis separatim Studentes; Hinc verò cum experientia multorum motuum, non inde Justitiâ & quiete frui licere viderent, nisi & aliarum Civitatum mutua amicitia in auxilium vocaretur, per commune aliquod jus, omnium remedium

ditum fuit quaesitum, necessitate ad id tandem introducendum, servandum, invitante. Alii autem Jus Gentium aliud, quam Jus Naturale planè non agnoscunt, legem Naturalem vel hominum, vel Civitatum, quæ vulgo jus Gentium appelleretur, constituentes, vid. *Pufendorf. de J. Nat. Lib. 2. c. 3. §. 22.* Cujus & sententiæ est, *Celeberr. Dn. Bud. in Elem. Philos. Pract. Part. 2. cap. 1. §. 14.* Et certè Sec. §. 1. *J. de J. N. G. & C.* illud quod naturalis ratio inter omnes constituit, & apud omnes Gentes peræque custoditur, vocatur Jus Gentium. Sed & mentio fit in §. 2. ib. alterius Juris Gentium, quod *usu exigente, & humanis necessitatibus, Gentes humana sibi constituerunt: Bella enim orta sunt, & captivitates secuta, & servitutes, quæ sunt naturali Juri contraria; Et ex hoc jure Gentium omnes pene contractus introducti sunt, ut emtio venditio, Locatio conductio. Societas, depositum, mutuum, & alii innumerabiles, Insuper Jctus Hermogenianus in L. 5. ff. de J. & J. Ex hoc Jure Gent. & Discretas Gentes, Regna condita, agris terminos positos, ædificia collocata &c. addit. Constat inde quod aliqua inter Gentes Natura, aliqua usus & voluntas fecerit justa, vel injusta. Illa rationi insunt per DEUM concreata; Hæc ex ratione collecta, per homines excogitata, ad usum vitæ socialis inducta, & applicata. Et inde à quibusdam appellatione Juris Gentium Primævi & Secundarii, vel necessarii, & voluntarii veniunt. Fateri enim debemus, quod quæ obligant Gentes inter se, legem, vel Jus faciant inter Gentes, vinculum aliquo, tacita pactione inter omnes populos, qui moribus, & legibus reguntur, *sec. d. §. 1. J. de J. N. & C.* constituenta, quæ scedere quasi populos ad observantiam adstrinxit. Quid verò impedit, quò minus & istud, quod vel duas tantum pluresve Gentes inter se obligat (vel etiam expresso Consensu.) Jus Gentium dicamus?*

nti fati bene monet *Conring. all. l.* Quid foedera, quid Pacificationes aliud, quam obligationem inter Gentes duas, pluresve inducunt? Nec est quod objiciatur: non tamen talia appellatione Legis venire posse, hanc auctoritatem superioris requirentis; Cum enim fidei datae vinculum, Gentes adstringat, facile Auctoritate Illius, qui vindex est perfidiae, Illa niti, apparet. Add. quae respondet *Conring. d. l. th. 25.* Indè vero vel maxime, Jus Gentium legibus merè positivis vix absolvi, planum est. Nec sequitur, Jus Gentium non statim cum Jure Naturali prodiit, ergò diversum planè à Jure Naturali est; Non magis quàm, cum ab initio omnia fuerint communia, furta Jure Naturæ non esse prohibita. Aequitas quippe naturalis, & Jus Naturæ, aequè illis, quæ cum Genere humano statim prodierunt, quam quæ ex post factò à Gentibus introducta, ductu recta rationis pro norma est. Sed plura de his in lectione sua Cursoria ad *L. Ex hoc Jure Gentium, s. ff. de J. & J.* disseret

NOBILIS ET CLARISSIMUS
 JURIIUM CANDIDATUS
 DN. GEORGIUS AMANDUS
 ZENNER

Altenb. Mifit.

De cujus natalibus & vitæ curriculo, sequentia nunc more consueti referenda: Patriam habuit *Alteburgum*, in Osterlandiâ, ubi primam lucem vidit *d. 26. Oct. 1692.* Parentes veneratione, Praenobilem DN. GOTHOFREDUM ZENNERUM,

NERUM, ante Præfectum & Justitiarium *Criminis Saxonis & Sveinburgensem*, post in Exercitu quodam Serenissimi Ducis Saxo-Gothan. Exauditorem, modò Serenissimi Principis *Anhaltino-Servestani* Secretarium Consilij intimioris; Matrem verò BARBARAM SYBILLAM, natam HEINSIGIN. Optimi hi Parentes, primo solliciti de verà Pietatis via filio monstranda, hinc Præceptorum Alteburgi, Lipsiæ, Servestæque in studiis quæ primam ætatem alere solent, DN. POENICKII, ROPERI, Collegarum, HOERNIKII, KOLBII, REICLIQVE Rectorum Servest. Curæ tradiderunt. Ubi tantos fecit profectus, ut Anno 1709. ad Gymnasium Academicum sub Rectoratu D. DAN. CRAMERI, Servestæ, DN. L. ÆPLINIO JC., D. LIMMERO P. Physf. & D. REUTERO Moral. Prof. Præceptoribus Clarissimis, transire potuerit: Quo etiam Anno in honorem Sereniss. Principum omnium Anhaltinorum, egregia ipsorum merita in imperium S. R. Publica oratione recitavit. Finito postea cum Dn. Parente ad Batavos itinere, Anno 1711. Celebrerrimam *Lipsiensem* Universitatem adiit, ibique JCtos & Professores Consultissimos Dominos LUDERUM MENKENIUM, ejusque filium *Prof. tum Jur. Feud. P.* PHILLIPPI, TITIIUM, SCHELLIUM & RYSSELIUM audivit; Ac habita de Augustissimo, Inviçtissimo, Clementissimoque Casare Nostro, in Collegio Electorali, ad Casaream dignitatem eligendo oratione, Hallam Saxonum se contulit, ibique ab ore JCtorum Famigeratiss. DNor. THOMASII, BODINI, GUNDLINGII pependit; Usque dum Anno 1716. apud Frisios *fevera*, Præcos Jurid. Studia tractare cepit, & in Judicio Regionis, Advocatorum Ordinariorum numero adscriptus fuit. Nunc ad honores aspirans Academicos, nos accessit, & admissionem ad examen Consvectum

tum inaugurale impetravit. Transmisit igitur Facultas Nostra Jurid. textus ipsi ex utroque Jure elaborandos. Quos satis bene explicavit, ac scientiam Juris in ipso examine talem comprobavit, ut ad ulteriora specimina janua Eidem sit aperta. Quare proximo die 8. 13. h. Sept. post horam 8. *vam matut.* in Auditorio Jurid. Maj. Lectionem suam Curforiam ad *d. l. 5. ff. de J. & J.* & eadem finitâ, Disputationem Inauguralem de **USUCAPIONIBUS ET PRÆSCRIPTIONIBUS** B. c. D. habebit Ad quos Actus solennes Magnificus Dn. Rector, ac Universitatis Nostræ Proceres & Studiosi, officiosè & decenter invitatur *Publicat. d. 10. Sept. Dom. 14. post Trin. Anno MDCCXIX.*



77-α (1+12)


56.

ULB Halle 3
004 997 492



WDIP





33

1719, 26

FACULTATIS JURIDICÆ DECANUS
ARNESTUS TENZELL,
JCTUS,

CONSILIARIUS REGIMINIS ELECTORALIS, JUDICII
PROVINCIALIS ERFURTENSIS ASSESSOR, AC CI-
VITATIS CONSUL PRIMARIUS, ET REL.
DELECTIONEM SOLEMNEM QUAM VOCANT
CURSORIAM,

A
NOBILI ET CLARISSIMO JURIIUM CANDIDATO
DOMINO

GEORGIO AMANDO ZENNER,
ALTENB. MISN.

d. XIII. Sept. MDCCXIX.

IN AUDITORIO JCTORUM MAJORI HABENDAM
OMNIUM ORDINUM AUDITORES DECENTER
INVITAT

SIMULQUE

OCCASIONE L. s. ff. DE JUST. & JUR.

DE
**JURIS GENTIUM VERA
INDOLE,**

NONNULLA DISSERIT.

ERFORDIÆ,
STANNO JUNGNICOLIANO.

